



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Beatissimo Patri Leoni X. Pont. Max. Frater Sylvester Prierias ordinis
Prædicatorum, sacrique Palatij magister, æternam Salutem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

BEATISSIMO PA

TRI LEONI X. PONT. MAX. FRATER

Syluester Prierias ordinis Prædicatorum, sacri
que Palatii magister, æternam Salutem.



Nescio cui Luther: qui in veritate ipsam: et sanctam hanc sedem ceruicem ele-
uata ostentat: me secum opponere pro sedis huius: proque veritatis honore
ac maiestate pugnaturus. Denique tridui labore in opus istud absumpsi:
tanta letitia et animi iucunditate: ut amor ipse mihi sensim veritatem inferret:
illaque iugiter ac celerrime animo illaberet. Oro vero beatitudo tua pauca
ista que elucubravi in tantis: et tam infestis laboribus: item et curis: percur-
rere non dedigneur: et sua beniuola censura: inepte dicta: aut eliminare: aut
eliminare. Ita enim fiet: ut tanta sim post hac fiducia: ac si fida lorica instru-
ctus: ut etiam sathanam ipsum in futuro certamine non extimescam: imo
quidam experiri cupiam: an ferreum nasum: aut caput eneum gerat iste Mar-
tinus: ut effringi non possit. Vbi vero is sua fundamenta in lucem extule-
rit: sua probaturus: aut improbaturus nostra: quidam (volente deo) mo-
liar: et maius: et accuratius expositum. Eternum vale benignissime pastor.

Sacrarum literarum professori, Martino Luther, frater Syl-
uester de Prierio ordinis prædicatorum spiritum humilitatis
et veritatis.

Et si longa mora intercedente Martine mi: literarias manus con-
ferre desuerim: eo vel maxime quod tarda senectus iam frigeat effete vi-
res: tamen tamen verbis excitus: ac pene impulsus: quibus vndique a-
thletas quasi alter Hæres in certamina vocas: destitetas palestras
pro sancta apostolica Sede: item pro veritate tuenda dentio aggredi sta-
tui. Quoniam vero codicis abs te (ut fertur) editi: fundamenta cernere
non datur: nec in conclusionibus tuis probationem ullam attulisti: earum-
que complures sensus cum veros: tum etiam falsos præ se ferant: non aliter in-
palmis tecum congregari velim: quam tuarum falsarum positionum opposita sub-
linendo: et defendendo: ut quibus innitaris fundamentis edoceas. Quas
ergo tuas sententias percurrens: ac trutinans: dialogo nobis ipsis qui-

L

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

creaturi sumus interlocutoribus (deo maximo optimo inuocato) futuro certamini iam principium affero. Vale z melius sentias.

Responsio magistri Syluestri de Prierio ordinis prædicatorum sacri Palatii magistri, ad conclusiones magistri Martini Luther.

Tum dogma ad examissim cribraturus Martine mi: nomas z fundamenta iaciam necesse est.

Fundamentū primū est. Ecclesia vniuersalis essentialiter est conuocatio in diuinū cultū oīm credentiū in Chriſtū: Ecclesia vero vniuersalis virtualiter est ecclesia Romana: ecclesiaz oīm caput: z pontifex maximus: ecclesia Romana representatiue est collegiū Cardinaliū: virtualiter autē est pontifex summus: qui est ecclesie caput aliter tū q̄ Chriſtus.

Fundamentum secundum. Sicut ecclesia vniuersalis non potest errare determinanda de fide: aut moribus: ita z verū cōcilium faciens quod in se est (vt intelligat veritatem) errare non potest: quod intelligo incluso capite: aut tandem ac finaliter: licet forte prima facie fallatur quousq; durat motus inquirende veritatis: imo etiam aliquādo errauit: licet tandem per spiritum sanctum intellexerit veritatē: z similiter nec ecclesia Romana: nec pontifex summus determinans ea ratione: qua pontifex: id est: ex officio suo pronuncians z faciens quod in se est: vt intelligat veritatem.

Fundamentum tertium. Quicumq; non innittitur doctrine Romane ecclesie: ac Romani pontificis: tanq̄ regulę fidei ineffabili: a qua etiam sacra scriptura robur trahit z auctoritatem: hereticus est.

Fundamentū quartum. Ecclesia Romana sicut verbo: ita z facto potest circa fidem: z mores aliquid decernere: nec in hoc differentia vlla est præter id qđ verba sunt accommodatiōra q̄ facta: vnde hac ratione cōsuetudo vim legis obrinet: quia voluntas principis factis pmissiue: aut effectiue exprimit: z cōsequenter quēadmodū hereticus est male sentiens circa scripturarū veritatē: ita z male sentiens circa doctrinā z facta ecclesie in spectantibus ad fidem z mores: hereticus est. Correlariū. Qui circa indulgentias dicit ecclesiā Romanā non posse facere id: qđ de facto facit hereticus est. Elge nunc Martine: z tuas conclusiones in mediū afferas.

Mar. Dominus & magister noster Iesus Christus dicens Pœnitentiam agite, omnem uitam fidelium pœnitentiam esse uoluit. Quod uerbum de pœnitentiā sacramentali, id est confessionis, & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi. Non tamen solam intendit interlorem, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

Syl. his uerbis tres conclusiones Martine cōprehendias: z uerbaliter

saltem quatuor: falsitates. Prima falsitas est: q̄ saluator impossibile iusse-
rit sc̄z fideles omni tempore habere actū penitentię interioris vel exte-
rius: cum enī dicit agite: non loquit de habituali interiori penitentiā: quę
sola perpetua est: z plequenter loquit de actuali interiori vel exteriori: a-
gere enī: vel actus: vel nō sine actu est. Secunda. Verbū Ch̄isti dicentis:
pn̄iam agite: nō potest intelligi de sacramentali pn̄ia Tripliciter enī pn̄ia
dici p̄suevit. Primo sc̄z vt est virtus quedā: cuius obiectū est: peccatū sub
ratione emendabilis: actus vero eius est dolor: volūtatis de peccato: ipsa
vero est habitus moralis eliciens: actum dictū respectu predicti obiecti.
Secundo vero penitentiā est sacramentū: cuius partes sunt contritio: cō-
fessio: z satisfactio Tertio accipit vulgariter pro satisfactione iniuncta a sa-
cerdote: z omni carnis mortificatione. De qualibet autem harū triū. di-
co predictū verbū Ch̄isti non solū posse: verū etiam z debere intelligi: cū
ipse sufficienter mādarit de bono opere efficiendo. Tertia falsitas est ad
hoiēm. i. ad te: q̄ scilicet Ch̄istus nō intendit loqui solū de interiori penitē-
tiā: hoc enī in se quidem verū est: sed tibi qui vis Ch̄istū his verbis indi-
cere penitentiā in omni vita: de exteriori non potest intelligi: quam opor-
tet intercidere somno z gaudio: gaudendo cū gaudentibus: z huiusmo-
di. Unde tibi solū de interiori potest intelligi: nō omni: sed habituali: quia
etiā interiorē actū liberi ar. dormientes necessario intercidimus. Quar-
ta vero falsitas est: q̄ interior penitentiā nulla est: nisi foris operet varias
carnis mortificationes: imo dico q̄ exterior sine interiori nulla est: interior
aut sola potest hominē saluare. Potest tamen hoc tuum dictū verum: z
a saluatore intentum habere sensum: sc̄z q̄ omnis interior penitentiā ope-
tur varias carnis mortificationes exterioris: id est: pro loco: z tempore: id
est: quādo: vbi z quomodo oportet: sed hic sensus tibi videt impossibilis.

Mar. Manet itaq; pœna donec manet odiū sui (id est pœ-
nitentiā uera intus) scilicet usq; ad introitum regni cœlorū.

¶ Syl. Si per pensā exteriorē in mortificationē Martine intelligis, quod
inde conicitur: q̄ penam cōtra odiū sui: z interiorē penitentiā diuidis
intelligi non potest: nisi vt dictū est: id est: pro loco z tempore: aliter hęc
doctrina falsa: impossibilis: z erronea est. Hęc itaq; improprie dictum est
odiu sui quantū ad vere penitentes attinet: nullus enim imbutus gra-
tia diuina odit se: sicut nec proximum: quem ad instar sui diligit.

Mar. Papa nō uult, nec potest ulla pœnas remittere præ-
ter eas, quas arbitrio uel suo, uel canonum impo-
suit.

¶ Syl. Supposito q̄ ecclesia per indulgentiarū uiam concedat liberati-
onem unius animę: vel plurium a purgatorio: qd̄ facere nequit: nisi rela-
xando penā inflictā a deo: supposito etiā q̄ ecclesia faciat indulgētiās ple-
narias simpliciter: relaxando uicē oēm penā nulla habita mentiōe de in-
iuncta: ita q̄ tali indulgentia rite assensata: anima statim e corpe soluta euola-
ret iuxta sanctorū interpretatiōē: dico Martine: q̄ male sentis de facto ec-
clesię circa fidē: aut mores: q̄a posito casu posibili q̄ peccator teneat ad

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

penā iniunctam a sacerdote . item ad iniunctā a canone : z ulterius istis
nō sufficienter expurgantibus: tertio teneatur ad penā iniungendā a deo
tali casu. (secundum te) rite assequens indulgentiā plenariā: decedens sta-
tim non euolaret z si daretur ei indulgentia liberationis a purgatorio si
ibi esset non liberaretur : z ita circa factum ecclesie male sentis: z a san-
ctis dissentis : z ideo meo iudicio ista conclusio est heretica . Unde z san-
ctus Tho. in quarto distin. xx. dicit q̄ ista opinio: scilicet q̄ indulgentie va-
leant solum ad remissionē p̄nē iniuncte a sacerdote: vel canone: est con-
tra priuilegiū datum Petro. vt quod in terra remitteret: etiam in celo re-
mitteretur: z preterea secundū istam opinionem inquit diuus Thomas:
ecclesia huiusmodi indulgentias faciens: magis damnificaret homines
q̄ inuaret: quia absoluendo a penitentis iniunctis remitteret ad grauio-
res: id est: purgatorias: hec sanctus Thomas. cum tamen in indulgentia nō
est plenaria: nec sit secundum aliquam partem quotam reatus: puta re-
mittendo tertiam partem penarum: nec cōceditur liberatio alicuius ani-
mę a purgatorio: aliquem colorem habere posset ista positio : quantum
ad id: quod dicit q̄ papa non vult: quia cōmuniter dicit: de iniunctis pe-
nitentijs relaxamus: sed quia subditur: nec potest: quo ad hoc positio he-
retica est: auferens aut truncans priuilegium Christi ad ecclesiam.

Mar. Papa nō potest remittere ullā culpā, nisi declarando
& approbando remissam a deo, aut certe remittendo casus
sibi reseruos. quibus contēptis culpa prorsus remaneret.
¶ Syl. Et si cōclusio ista q̄quo mō habeat apparentiā in his qui clauib⁹
ecclesie se cōtriti subiiciūt: z p̄sequēter iustificati a culpa: in attritis tñ qui
virtute clauū (iuxta sanctorū interpretationē) sunt p̄triti: nō papa mō: ve-
rū sacerdos quisq; peccata dimittit dispositiue z ministerialiter. i. appli-
cādo clauēs z sacramenta istis nō aut ea remittūt authoritatiue: sed hoc
excellētioris est potestatis. Unde hanc cōclusionē dico falsam: z gratia
disputandi substineo q̄ sit heretica: esto heretici non sint eius positores.

Mar. Nulli prorsus remittit deus culpam, quin simul eum
subiciat humiliatum in omnibus sacerdoti suo uicario.

¶ Syl. Leprosus (spiritualiter) Martine es: gestas enim cutem variam.
z maculosam variis falsisq; coloribus: dum multis falsis pauca vera cō-
mises: verumq; reddis dictū illud Bedę. q̄ nulla tam falsa doctrina sit
que aliqua vera non intermiscet.

Mar. Canones pœnitentiales solum uiuentibus sunt im-
positi, nihilq; morituris secundum eosdem debet imponi.

¶ Syl. Dico ad hoc dictum vt ad p̄cedens proxime.

Mar. Inde nobis bene facit spiritus sanctus in Papa, excipi-
endo in suis decretis semper articulū mortis & necessitatis.

¶ Syl. Recte quidem loqueris: sed que dicis nihil proposito attinent: cū

non excipiat pontifex articulum mortis: quo ad impositionem penitentiae: sed quo ad reservationem absolutionis.

Mar. Indocte & male faciunt sacerdotes hi, qui morituris poenitentias canonicas in purgatorium reseruant.

¶ Syl. Recte doces: sed tñ qđ in alijs culpas: admittis: cū enim doces qđ pontifex solū illas penas donat: que arbitrio suo uel canonū sunt iniūctę teste B. Tho. absolutis ab his: & ad purgatorias grauiores aias addicis.

Mar. Zizania illa de mutāda poena canonica in poenā purgatoriam, uidentur certe dormientibus episcopis seminata.

¶ Syl. dico ut proxime.

Mar. Olim poenae Canonicae non post, sed ante absolutionem imponebantur, tanq̄ tentamenta uerae contritionis.

¶ Syl. Nunc quoq; nostra tēpestate qñ pene sunt arbitrarie: idē in omni penitētia seruandū dico p̄ Cle. dudū. de sep. vbi & Jo. An. nisi forte nullū sit dubiū quin penitēs penitētia iniūgendā sit acceptaturus & expleturus

Mar. Morituri per mortem omnia soluunt, & legibus canonū morituri iam sunt, habentes iure earū relaxationem.

¶ Syl. Qđ astruis verū est: vbi pena ex canone tantū debet: quod si eam quā imponit canon etiā diuina iustitia exigat: purgatorij neget: necesse ē

Mar. Imperfecta sanitas, seu charitas morituri necessario secum fert magnum timorem, tanto maiorem, quanto minor fuerit ipsa, qui timor horror satis est se solo (ut alia taceam) facere poenam purgatorij, cum sit proximus desperationis horror.

¶ Syl. His dictis Martine duas conclusiones: & tres falsitates comprehendis: & quidem temere. Temeritas enī est in his: ad que nobis naturalis ratio non suppetit: uelle aliquid nostra auctoritate definire preter: & a fortiori cōtra ea q̄ in doctrina fidei sunt: uel sanctorū qui eodē spiritu scripturas interpretati sunt: quo edite suere. in his p̄cipue: que fidei & morū sunt: in quibus cōcorditer docuere: imo non solū temerariū: sed erroneū est: ne dicam hereticū: ut ex quarto fundamento liquet. Prima aut falsitas est qđ aperte innuis: qđ hi: qui in purgatorio cōtinentur nesciant se saluandos: quod apertius etiā innuis infra cōclusionē tua. xix. Ego uero cū diuo Tho. cuius doctrina quantū ad fidem: & mores attinet: per regulā fidei ecclesiam Romanā: & discussa: & probata est: dico qđ qui purgant sciunt se liberandos: alioquin a nobis suffragia non expeterent: qđ crebro faciunt ut liquet ex libro dialo. Gregorij. Secunda uero falsitas est qđ qui purgantur timeant: preter qđ filialiter: que enī iam sustinent in p̄senti non timent: quia timor de futuro est malo: alia aut mala preter ea: que si

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

biinter purgandū herent non timent: cum sciant se ab his malis ad gloriā transituros: ut dictum est. Tertia falsitas est q̄ hic timor: se solo satis fit facere penam purgatoriam quod utiq; falsum affirmo: quia nec facere potest cū non fit: nec e solo: alioquin impius esset deus: quippe qui p̄ter istam sufficientem (ut astruis) penam: alias apponat: puta assistentię demonū: ligationis ad certū locum: dilationis optatę glorię: z eiusmodi.

Mar. Videntur infernus, purgatoriū, & cœlum differre, sicut desperatio, prope desperatio & securitas differunt.

¶ Syl. Hoc videtur quidem forte tibi: mihi autem cum diuo Thoma videtur q̄ qui purgantur: habent spem certam salutis: z consequenter nō sunt desperati: uel quasi: siue prope desperati. Differunt autē p̄dicta sicut pena perpetua cū desperatione euadendi: z voluntate p̄petuo adherēdi peccato: quod inferno p̄gruit z sicuti pena temporalis cū spe euadendi: z voluntate adherēdi deo perpetuo: q̄d purgatoriū est: z sicut p̄uatio omnis penę: z impletio omnis naturalis appetitus: z gaudiū: ut in cœlo est.

Mar. Necessarium uidetur animabus in purgatorio, sicut horrorem minui, ita augeri charitatem.

¶ Syl. Quo inconuenienti dato plura cōtingunt: apud Aristo. Unde posito seruli timore: qui charitati aduersatur: necessariū tibi fuit Martine modum inuenire: quo pelleretur: quod esse non potuit congruentius q̄ per augmentū eius: quod timori repugnat. Ego vero sanctorum vestigia sequens: z nō uocum nouitates: cum diuo Tho. dico: q̄ qui purgatoriū patitur est viator secundum quid: inq̄ a beatitudine retardatur: non autē simpliciter: unde in charitate non proficit: alioquin bonum esset eis diu esse in purgatorio: ut perfectiores. z consumatiores euaderent.

Mar. Nec probatū uidetur ullis autoritatibus, aut rationibus, quod sint extra statū meriti, aut augendę charitatis.

¶ Syl. Esto q̄ ista non probentur auctoritate scripture: uel ecclesie: que necessario conuincit (quod ad p̄sens: nec astruo: nec destruo: cum tibi repente z ex his solum que memorię succurrunt respondeam) est tamen probatum auctoritate sanctorum: que argumentum probabile facit. tu uero eiusmodi tua auctoritate firmans: uide ne presumas.

Mar. Nec hoc probatum uidetur q̄d sint de sua beatitudine certę & securę, saltem omnes, licet nos certissimi sumus

¶ Syl. Hoc sicut iam dictum est probatum est saltem probabiliter: tum ex auctoritate sanctorum: tum experientia: quia frequenter suffragia peiunt: sicut multipliciter patet per beatum Gregorium in libro dialo.

Mar. Igitur Papa per remissionem plenariam omnium pœnarum, non simpliciter omnium intelligit, sed a seipso tantummodo impositarum.

¶ Syl. Quid Pontifex intendat: vel non intendat omittens: dico: qd si de posse sit sermo: Papa ex rōnabili causa pōt remittere oēm penā siue impositam siue non impositā: vt diuus Thomas edocet: oppositum autē dicere hereticum est: z contra priuilegiū datum Petro a dño: vt dictum est

Mar. Errant itaq; indulgentiarū pdicatores hīj, qui dicunt per Papæ indulgentias hoīem ab oīni pœna solui, & saluari

¶ Syl. Dico vt supra proxime: z qd tu Martine vulneratum z cecatum habens oculum: falsitatis trabe pergrandi: alienam festucā ptemplaris.

Mar. Papa nullam pœnā remittit animabus in purgatorio quam in hac uita debuissent secundum canones soluere.

¶ Syl. Negare potestatem nō se extendere ad relaxandum penas in purgatorio per viam indulgentie: est male sentire de facto z doctrina ecclesie circa fidem aut mores: ideo hereticum est.

Mar. Si remissio ulla omnium oīno pœnarū dari potest alicui, certū est eam nō nisi paucissimis, id est, pfectissimis dari.

¶ Syl. Quod asseris certū Martine: vtq; certū est: nou quidē in veritate vt reris: sed in falsitate: datur eī venia nō solum perfectissimis: sed etiam imperfectissimis: modo habeāt gratiā dei z charitatē per quā sunt veniarum capaces: z seruet indulgentie tenorē siue isti multi sint siue pauci: qd soli deo notum est. Si tamen de multiplicitate saluandorū: aut assequentium indulgentias ex cōiecturis z suauis rationibus volumus definire dico probabiliter: z salua rei fide: qd sunt valde multi: ad quod arguo ex fundamēto Theologico: scz qd clauēs ecclesie de attrito faciūt contritū vnde oīs qui cū attritione confitetur: consequitur contritionē: z gratiā: z consequēter indulgentiā z salutē si pseuerat. Sunt autē valde multi: qui indulgentiarū tempore confitentur si credunt se mortali peccato detineri z cū attritioē: id est: dolore imperfecto: qui nunc est quādo homo vellet habere dolorem z gratiā a deo: nunq; de cetero peccandi. Vnde oēs tales consequuntur gratiā z consequenter indulgentiā: nisi post confessionē: ante venie acceptionē relabant. Et si plene non efficiunt qd mandat: consequuntur partem proportionalem venie: vt docet diuus Thomas. Et ex eodē fundamēto probabiliter teneo: qd etsi maior pars Christianorū non uiuat in gratia dei: maior tñ pars dei gratiā in morte cōsequitur pfitendo cū attritione: consequenter autē etiā saluatur si pseuerat. Et qd saluator dicit multos esse vocatos: sic intelligendū est dictū: qd totus mūdus est vocat⁹.

Mar. Falli ob id necesse est maiorem partem populi per indifferentem illā, & magnificā pœnæ solutæ promissionem.

¶ Syl. Non fallit maior pars populi si attriti pfitentur z reliqua obseruāt: eo vel maxime declamatores crebro docēt ppter venias: alia pia opera non esse relinquēda: cū nullus pro certo sciat: se veniā assecurū: item quia etsi illi veniam nō assequantur: pium tñ opus faciunt qd eos in salutē disponit.

Mar. Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet Episcopus & curatus in sua diocesi & parochia specialiter.

¶ Syl. Quantū ad propositum de themate super quo disceptamus: idē quantū ad applicationē satisfactionis unius ad alterū: est multiplex differentia inter Papā in ecclesia tota: & Episcopū in diocesi: & curatū in parochia. Harum prima est secundū illam opinionē: quę sentit indulgentias fieri ex thesauro satisfactionis Christi: non autem sanctorū: qui iuxta eam solus Papa posset indulgentias facere: sicut solus dispensat cōmunia toti ecclesie: cuiusmodi est dictus thesaurus. Sed quia istam opinionem falsam existimor: dico quod alia differentia est: quia papa dispensator est thesauri infiniti: cum dispenset satisfactionem Christi: non autem alij: sed merita subditorum suorum duntaxat. Ex hac autem sequitur alia: quia solus papa facit indulgentiā plenariam cum solus sit certus quod thesaurus per eum dispensabilis sufficiens sit ad penas omnes diluendas. Alia etiā est: quia papa dispensat bona: quę alij dispensant: nō contra: unde & aliorum potestatem limitat & restringit: non contra. Utrum autem curatus indulgentias edere possit: modo non discutio.

Mar. Opinionem facit Papa, quod nō potestate clavis quę nullā habet, sed per modū suffragij dat animabus remissionem.

¶ Syl. Quantū ad indulgentias attinet: Papa habet clavem iurisdictionis secundū sanctos: etiam in purgatorium applicatiue: animas tamen a debito seu reatu penarū non absoluit: sed eis tribuit unde penā uel debitum soluant applicans & adiiciens eis satisfactionem Christi vel aliorū.

Mar. Hominem prædicant, qui statim ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicunt animam.

¶ Syl. Prædicator: animā quę purgatorio detinet astruens euolare in eo in statu: in quo plene factū est illud: gratia cuius plena uenia daf: puta deictus est aureus in peluim: non hominē: sed merā & catholicā ueritatem prædicat: tu uero oppositū dogmatizans: si pertinaciā addideris: uide iuxta prædicta quid inde merearis: factū & doctrinā sanctę Ro. ecclesie reprehendens. Nec plus est reprehensibilis declamator: sic docens: quā cocus fastidienti stomacho substantiales cibos accidentalibus saporibus exacuens.

Mar. Certum est nummo in cista tinniente auereri quærstum & auaritiā posse, suffragium autem ecclesie est in arbitrio dei solius.

¶ Syl. Certū est etiā Martine istā conclusionē esse detractoriā: & uiri potentis os in celum: nec minus certū est: errorē & hereticū est dicere: quod ex tante rationabili causa Papa non potest pro uoluntate plus & minus dare de suffragio unius alteri: cum deus hoc sibi concesserit.

Mar. Quis scit si omnes animæ in purgatorio uellent redimi, sicut de sancto Seuerino, & Pascali factum narratur.

¶ Syl. Quicquid sit de somnijs propter que nunquam a sana doctrina recedendum est: doctor angelicus in. xxj. dist. iij. querens an pena purgatorij sit voluntaria: & multipliciter de pena distinguens sic concludit. Absolulte nulla pena est voluntaria: quia ex hoc est ratio penę: quod voluntati contrariatur: sed conditionate: siue ex suppositione alicuius finis pena est voluntaria: sicut uult quis pati uisionem ut sanetur: & hoc dupliciter contingit. Aliquando enim per penam aliquod bonum acquirimus: ut patet in uisione: & sic ipsa uoluntas assumit penam: ut in satisfactione patet: que scilicet in hac uita est meritoria. Aliquando uero per penam nullum bonum nobis accrescit: tamen sine pena ad bonum peruenire non possumus sicut patet de morte naturali: sine qua scilicet non uenitur ad regnum: & tunc uoluntas penam non assumit: sed tolerat: & quantum ad hoc uoluntaria dicitur: & sic pena inquit purgatorij est voluntaria. Ex quibus uerbis diuini Thomę patet: quod qui in purgatorio sunt illam penam non eligunt: sed illam patienter tolerant: & uellent libenter ea carere si possent. Adde quod anima separata grata deo nullum habet maius desiderium: quam uidendi deum: cum ad hoc omne suum uelle sicut ad finem ordinet: licet pro dei uoluntate patienter toleret: unde si cum dei uoluntate possit carere pena impediens uisionem in hoc maxime letatur: plusquam gaudium aliquod in hoc mundo nobis possit obtingere. Dicere autem oppositum: ridiculum & stultum est.

Mar. Nullus securus est de ueritate suę contritionis, multo minus de consecutione plenarię remissionis.

¶ Syl. Hoc de uiuentibus uerum est anime uero que purgant: certe sunt se dei gratiam habere: & consequenter se indulgentias assequi: si rite conferantur: maxime plenarias: quibus statim a tormentis ad gaudia deducunt.

Mar. Quam rarus est uere poenitens, tam rarus est uere indulgentias redimens, id est, rarissimus.

¶ Syl. Esto quod recte doceas: tamen superflue doces: cum iam idem supra uirtualiter posueris: imo plus: quia dixisti non assequi nisi perfectissimos: qui rariores sunt quam uere poenitentes: cum inter hos quidam sint alij minus perfecti. Dico etiam quod uere poenitentes tot sunt: quot attriti confitentes: cum omnes tales dei gratiam assequantur: nisi obicem ponant.

Mar. Damnabuntur in æternum cum suis magistris, qui per literas ueniarum securos se credunt de sua salute.

¶ Syl. Qui per dictas literas sine bonis opibus tutos se putat: fatuus est qui uero ex spiritali comodo eiusmodi literarum concipiunt spem melius uiuendi & moriendi: & purgatorias penas citius euadendi: recte sentiunt: & sic docentes recte docent. Time autem tibi magis adartine: ne uana eruditione inflatus: nunquam respicias: eterno pereas & damneris.

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

Mar. Cauendi sunt nimis, qui dicunt uenias illas donum esse dei inæstimabile, quo reconciliatur homo deo.

¶ Syl. Cauendi sunt magis detrahentes dei vicario: cum iniuste: tamen etiam false & erronee. Qui vero dicunt (vt refert) vere dicunt modo: reconciliatio illa intelligatur improprie: per amotionem reatus: qui animam a dei contemplatione clara secludebat.

Mar. Gratia enim illæ ueniales tantum respiciunt pœnas satisfactionis sacramentalis ab homine constitutas.

¶ Syl. Jam liquet ex dictis: quantum falsa & erronea sit ista sententia: et si de posse Pontificis maximi sermo sit: est etiam heretica: quasi Papa non possit omnem pœnam per indulgentias abolere.

Mar. Non Christiana p̄dicant, qui docent quod redempturis animas per confessionalia nō sit necessaria contritio.

¶ Syl. Nullū esse declamatorē reor: qui tam stulte docuerit: qua uero intentione tales positiones in mediū afferas: ipse uideris. Si qui tamen docerent: q̄ non contriti non uane indulgentias prosequuntur: quia prodērunt cōtritione ex post facto accedente: nō male docent apud complures peritos: quia sicut Papa potest constitutionem facere aut inficere vt ex tunc ita etiā posset indulgentias largiri: vt ex nūc suo tempore ualituras.

Mar. Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plenariam a pœna & a culpa, etiam sine literis ueniarum sibi debitam.

¶ Syl. Si sentis q̄ omnis cui plena remissio pœne debet: eam assequitur non obstante q̄ ueniarū literis careat: esto q̄ uero doceas: tñ nihil dicis: quia deum dare oibus q̄ eis apud ipsum debent ex congruo: uel condigno dubitauit nullus. Si uero sentis (vt uerba tua p̄ se ferūt) q̄ sine dictis literis oibus uere contritis debita sit plena remissio pœnarum: hereticum est: & canones omnes penitentiales euacuas: & eueris: & tertiā partem sacramenti penitentis: id est: satisfactionem: & omnia iura loquentia de penitentia salutari imponenda: & purgatorij. Nisi forte dicas: q̄ pœnā omnem remitti: & pœnam omnem exoluere idem sit: quod absurdum est.

Mar. Quilibet uerus Christianus siue uiuus, siue mortuus, habet participationem omnium bonorum Christi, & ecclesie, etiam sine literis ueniarum a deo sibi datam.

¶ Syl. In opere bono quo reatus pœne deletur: puta ieiunio: oratione: & elemosyna: duo sunt h̄m doctrinā sanctorū: vnum est meritū: q̄ nullius esse potest nisi operantis qui solus pro opere proprio premio donatur alterū est satisfactio: que aliud a merito est: unde is qui elemosynā largitur pro anima parentis: sibi quidē meretur: pro amico aut satisfacit: ad obolendū pœne reatum. Quis em̄ ausit negare elemosynā horum vtriusq̄ va-

A D M A R T I N V M L V T H E R .

lere. Si ergo de bonis operibus Christi & ecclesie loquaris quantum ad meritū: licet pro alterius merito nullus muneret: quilibet tñ deo gratus: ex aliorū meritis aliquid boni percipit. puta protectionē dei: sicut deus recordatus Abrahę: liberavit Loth tempore eersionis Sodome: vel saltē ipsum gaudiū: quod quisq; bonus habet de bono alieno: s̄m illud Psal. Participem me fac deus omnium timentium te &c. Sed quia hoc participiū paucis non potest plene absolui: dimittatur. Si vero loquaris de eis/ de Christi & ecclesie operibus: gratia satisfactionis: dico cū diuo Thoma q; in absolutione a peccatis ex bonitate dei interueniente Christi marty/ rio: semper aliquid relaxatur de p̄na: non autē p̄na tota: alioquin plene implens iniunctū a sacerdote vel canone: etiā si non plene satisfecerit deo euolaret: quod esset hereticū: imo non oporteret sacerdotem quicquam imponere: nisi forte per viam medicinę ad precauendum in posterum.

Mar. Remissio tñ, & participatio Papę nullo mō est contemnenda, quia (ut dixi) est declaratio remissionis diuinę. ¶ Syl. Sine de culpa: siue de p̄na intelligas: vtrobique damnabiliter er/ ras: quia & culpam relaxat dispositiue: & ministerialiter: & similiter p̄nā per venias: vt crebro iam dictum est.

Mar. Difficillimum est, etiam doctissimis Theologis, s̄ mul extollere ueniarum largitatem, & contritionis ueritas tem coram populo.

¶ Syl. Postq; Martine peruerse docuisti: iam nūc detrahere incipis: & ueniarū declamatoribus: & pontifici p̄sequenter. Qd autē difficile astruis: ego impossibile astruo tibi: tuiq; s̄libus: qui non es (pace tua dixerim) bonarū disciplinarū p̄ceptis institutus: qui duo falsa p̄cepta tenes: q̄ uenias euertunt: vnū quidē q; vera contritio aboleat oēm p̄nā: vt supra uideris innuere. aliud q; vera contritio p̄nas uenias p̄legat semp: vt sequenti cō clusione patebit. Theologi autē bene instituti facile efficiunt: qd tu difficile p̄dicas: discentes: q; sicut in humanis ostendens quenq; cum iactura hono/ ris: aut rerū: & si ex bono aīo offensi restituat ad amicitia abolita culpa nō tñ semp abolita emenda: imo nec actione iniuriarū plerūq;: ita etiā & deus abolita culpa lege cōmuni uult: q; pctōz emendā p̄stet: vt qui pec cando sue uolūtatī plusq; debuisset: indulget aliquid contra suā naturalē uoluntatem: ex uoluntate electiua patiat: qd est p̄nas dare pro culpis

Mar. Contritionis ueritas p̄enas quærīt & amat, uenias rum autem largitas relaxat & odisse facit, saltem occasione:

¶ Syl. Hec est tua potissima ratio: quare difficile dixeris vtraq; posse sal uare. Dico uero cum sancto Thoma: q; q̄ditu p̄nas dare pro sceleribus est alicuius boni allatum: vt in presenti uita: quando meritorū est: uera contritio amat p̄nas: ad merendum & precauendum a peccatis: siue tamē contemptu ueniarum: quia vtrumq; melius est q̄ alterum: ybi uero

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

penę nullum bonū afferunt: sed retardant a bono glorię: quod eis nō ex solutiōe haberi nequit: penę non assumuntur: sed tolerantur: dulcissimū/ q̄ est animabus ab eis misericorditer absolui: z ita in purgatorio est.

Mar. Cautę sunt uenię Apostolicę prędicandę, ne populus false intelligat eas p̄ferri cęteris bonis opibus charitatis.

¶ Syl. Uerū utiq; doces: sed nō minns caute sunt improbandę z restringēde: in p̄iudiciū Apliçę facultatis: z p̄uilegiij cōcessi a deo beato Petro.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papę mens non est redemptionem ueniarum ulla ex parte comparandam operibus misericordię.

¶ Syl. Docendi sunt etiā: q̄ mens Pontificis est per uenias prouocare fideles ad opera pietatis: sicut diuini cultus z misericordię: z q̄ melius est benefacere: z uenias assequi: q̄ horum neutrum: vel alterum moliri.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutans egentem, melius facit. q̄ si uenias redimeret, quia per opus charitatis crescit charitas, & fit homo melior, sed per uenias non fit melior, sed tantummodo a pœna liberior.

¶ Syl. Docendi sunt etiā: q̄ qui utrūq; p̄t melius est: Docēdi sunt etiā: q̄ per uenias nō fit homo melior: essentialiter: fit tñ melior: cōcōmitanter quia erogare in opus pium: aut alias bonū pro assēcutione ueniarū meritorij est: vnde ceteris paribus melius est dare eleēmōsynā gratia ueniarū: q̄ gratia meriti p̄cise: quia ibi duo bona sunt: scz meritū: z sublatio impediētis ac retardantis a gloriā: id est: reatus p̄narū: hic uero unū est.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod qui uidet egenum & neglecto eo, dat pro uenijs, non indulgentias Papę, sed indignationem dei sibi uendicat.

¶ Syl. Docendi sunt etiam scriptores castigatius scribere q̄ tu scribas: quia quod scribis: nō est uerum. vbi quis petenti pauperi: potest eleēmōsynam sine peccato negare: quod creberrime accidit: neq; vbi negatur cum peccato quidem ueniali: sed sine mortali: quia pro ueniali solo: non uendicat sibi homo indignationem dei: cum gratię z charitati ueniale nō repugnat: z consequenter nec amicitię: quam ad deum habemus.

Mar. Docendi sunt Christiani, q̄d nisi supfluis abūdēt, ne cessario tenentur domui suę retinere, & nequaq̄ effundere.

¶ Syl. Docendus es z tu sufficientius diuidere: quia temporalis hoīm facultas in sufficienter diuiditur necessaria que quis domui suę tenetur retinere: que scz sunt necessaria: sine quibus nō: z superflua: sed hec est diuisio sufficiens iuxta diuū Tho. Honorū em̄ temporalij hominis: q̄dam uero sunt necessaria ad uitam suam, z suorū: que dicūtur necessaria: sine

AD MARTINUM LUTHER.

Quibus nō: supple uiuitur: quedam uero sunt necessaria ad uitam decen-
tem: que dicuntur necessaria: sine quibus nō bene: & quedam nec sic: nec
sic: que dicuntur superflua simpliciter. De primo necessario: nec uenias sunt
redimende: nec eleemosyna danda: nisi quis eligat mori dando pro bono
reipublice. De secundo tenentur homines eleemosynam dare solum in
necessitate extrema: potest autem: & debet homo dare de cōsilio extra di-
ctum casum partem huius necessarij cum indiuisibili non consistat: non
autem totum. Sic ergo patet: q̄ etiam non habens superflua: potest red-
dimere uenias: ex parte eius quod est necessarium: sine quo non bene.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarū
est libera, non praecepta.

¶ Syl. Docendi sunt etiā: & docere debent boni filij ecclesie Romane &
consequenter dei: q̄ princeps pro cōmuni bono posset coactiue exigere
bona a subditis: sed pōtēx Romanus: vtriusq; potestatis apicē tenens:
pro fabrica Basilicę sancti Petri: que est totius Christiani populi bonū
petit quod iubere posset: & petendo muneratur ex thesauro sibi tradito.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut magis e-
get, ita magis optat in uenijs dandis pro se deuotam oratio-
nem, quam promptam pecuniam.

¶ Syl. Immo nō sunt sic docendi: quia hoc esset eos a multis bonis que
ueniarū gratia faciunt: dimouere: sed potius sunt docendi: q̄ omnes fide-
les ex debito charitatis tenent pro summo pastore: etiā sine uenijs: orare:
& q̄ Papa multotiens dat uenias: ut fideles prouocet ad orandū pro se:
ut semper facit in sua capella. Quando uero ultra orationes etiam pecu-
nijs indiget: uenias largitur: non gratia pecuniarū: sed eius rei ad quam
pecunia ordinatur: puta instauratiōē hospitaliū: & ecclesiarū: & hoc cū
facit: omnes quorū interest letantur: & gratulantur omnes: nisi q̄ tu Mar-
tine id quod in alijs ecclesijs instaurandis laudatur: in fabrica prima toti-
us reipublice Christiane vituperas. qui si a domino nostro habuisses bo-
nū Episcopatiū cum plenaria indulgentia ad ecclesie tue reparationem:
forte dulcioribus uerbis abūdasses: & quibus detrahis: uenias extulisses.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod uenias papæ sunt u-
tiles, si nō in eis confidant, sed nocentissimæ, si timorem dei
per eas amittant.

¶ Syl. Docendi sunt etiā: q̄ cōfidentia ueniarū ab alijs bonis operibus
non retardans nihil obest: sed occasionaliter prodest: dū aia ex hoc in gra-
tiarum actiones assurgit. Docendus etiam es tu: ut cautius obserues: ne
pauca uerba tibi ipsi contradicas: qui interdū uenias dicis esse utiles:
interdum solum signa diuine relaxationis: que signa etiam apud te sunt
fallacia: cū scribas nullū esse certum: q̄ relaxationē pgnarū sit affectus.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosceret ex-

actiones uenialium prædicatorum, mallet Basilicam beati Petri in cineres ire, quæ edificari cute, carne, & ossibus ouium furarum
¶ Syl. Docendi sunt potius Christiani: quod tu iniuste prædicatoribus detraheris: contra ordinem fraternæ correctionis talia secreta: quæ qua sunt (quod vix credo) in publicum per uniuersum orbem seminando: quæ talia si non ueras: debuisti fraternæ correctionis normam obseruare: eo vel maxime: quod talis sit huius innocentissimi Pontificis mens: ut nullus non inique modo: verum etiam nec indecenter operetur: aut uiuat.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papa si sicut debet, ita uellet, etiam uendita (si opus sit) Basilica sancti Petri, de suis pecunijs daret illis, a quorum plurimis quidam concionatorum ueniarum pecuniam eliciunt.

¶ Syl. Docendi non essent ista populi: quia esset contra fraternam charitatem: sed si non speratur declamantium correctio per secretam monitionem (ista enim non sunt in ambone) docendus esset is prælatus: cuius interest & singulariter dominus noster. Papa: si tamen aliqui tales sint: quod ut credam: vix adduci possem: quia esto quod declamatores forent rapaces: primum tamen non extorquent: sponte vero: nullus est adeo stultus: ut si usque adeo sit egens: ut pro eius suffragio Basilica sancti Petri uendenda foret: uelit pro indulgentijs pecunias effundere: unde potius credo quod loquaris per talenta: aut alia aut excogitas: aut exornas.

Mar. Vana est fiducia salutis per literas ueniarum, etiam si commissarius, imo Papa ipse animam suam pro illis impignoraret.

¶ Syl. Vana est ista tua conclusio: et similes: quia nullus est tam stultus: ut salutem suam talibus literis committat sine uoluntate penitendi vel statim: vel tandem sed tu uideris loqui non theologicè: sed tragædicè: ad aures populorum exhauriendas: uide autem ne diuino iudicio inde exhaurias maledicta: irrisiones et censuras.

Mar. Hostes Christi & Papæ sunt hi, qui propter uenias prædicandas, uerbum dei in alijs ecclesijs filere iubent.

¶ Syl. Raris crebra cedere consueuerunt: sic celebris colitur annalis sollemnitas sanctorum: quæ sabbatina dei matris: aut pene quotidiana trinitatis. Sic ex causa Pontifex cuiusque declamatorum pro loco et tpe indulget: ut alijs silentium indicat: quo populum habeat frequentior: ut inquisitorum: utque ordinario quod potest commendari. Astruere uero Papæ hostes esse: qui Christi sua gratia: et beneplacito operantur: aut etiam dei stultum et ridiculum est.

Mar. Iniuria fit uerbo dei, dum in eodem sermone æquale, uel longius tempus impenditur uenijs, quam illi.

¶ Syl. Dico ut supra proxime: et ulterius: quod ita loqueris: ac si publicatio ueniarum cum his quæ illam comitantur: declaratoria et honoraria: non

fit seminatio verbi dei: puod nego.

Mar. Mens Papæ necessario est, quod si ueniæ (quod mi-
nimum est) una campana, unis pompis, & ceremoniis celes-
brantur, Euangelium (quod maximum est, centum campas-
nis, centum pompis, centum ceremoniis prædicetur

¶ Syl. Dico vt supra proxime: & ulterius: q̄ consimiles conclusiones non
decent grauem theologum: sunt enim pueriles: & videtur esse viri stoma-
chati: & inferentis os in celum: & contra stimulum calcitrantis.

Mar. Thesauri ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, neq̄
satis nominati sunt, neq̄ cogniti apud populū Christianum

¶ Syl. Non est mirū si vulgus ista nō nouit: cum tu qui cū orbe vniuerso
te disputaturum obtulisti: ista aut non intellexeris: aut fingas: vt patebit.
Sunt enim isti thesauri noti & nominati: non quidē lumine nostrę ratio-
nis: sed spiritus sancti: qui p̄ sanctos suos nos edocet: quibus tu nō assen-
tiens: auctoritate tua: aut tui similitum alios thesauros effingis. Tenet er-
go: sine indulgentiæ auctoritate scripturę nobis non innotuere: sed autho-
ritate ecclesię Romanę: Romanoꝝq̄ Pontificū: quę maior est: inter
quos sanctus Gregorius primus (teste diuo Tho.) indulgentias dedit Ro-
mę in stationibus: ceteriq̄ sunt secuti. Thesaurus ergo iste secundum san-
ctos: cum theologos: tum etiam canonistas: sunt merita Christi & sancto-
rum: non ea ratione qua merita: sed qua satisfactiones.

Mar. Thesaurus certe unde indulgentiæ dantur, non esse
temporalis patet, quia non tam facile eos profuudunt, sed
tantummodo colligunt multi concionatorum.

¶ Syl. Non doces Martine: sed detrahis: non concionatoribus tantum
quos scis rem suam non promouere: sed innocentissimo Pontifici: & qui-
dem iniuste: quippe qui nil vellent aut iniure: aut etiā indecenter agi: ma-
xime vero p̄textu sue auctoritatis.

Mar. Nec sunt isti thesauri merita Christi & sanctorū, quia
hæc semper sine Papa operantur gratiam hominis interioris,
& crucem, mortem, infernumq̄ exterioris.

¶ Syl. Immo secundū sanctos tam theologos: q̄ canonistas celebriores
sunt predicta merita Christi & sanctorum: non ea ratione qua merita: sed
qua satisfactiones Christo superuacaneę: sanctis autem superabundan-
tes. Quarum satisfactionū valorem: verum est quidem in nobis operari
& nobis applicari: sed non sic: vt plene per eas liberemur ab omni reatu
si in casu duplici. primo quidem si non per satisfactionem plenam eis cō-
iungamur. secundo vero si pontifex eas nobis plene p̄ indulgentias ap-
plicet. Si aliter sentis: aberras a fide: nec indulgentiā thesaurū intelligis

Mar. Thesaurus ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

pauperes ecclesie, sed locutus est usu uocabuli suo tempore
¶ Syl. Etiam nunc latenter mordet potius quam doceat: quasi temporibus nostris pauperes non sint Pontificis hominumque thesauri: puto autem quod licet Romanus clerus a perfectione primigenia declinavit: quod non inficior: tu tamen non sis talis: qui possis irreprehensibiliter reprehendere: et qui a primigenia patrum religiositate non declinaris. quod equidem vel hinc conicio: quia nullus sapiens est (ut reor) qui te esse detractorem iniustum non astruxeris. quanquam etiam utinam sic Romae essent bona cetera: sicut eleemosynarum pie. quod ut reliqua taceam: etiam pauperum numerus sine numero iudicio sit. maxime vero in pio Pontifice: qui nulli quantumvis extero aut in grato viro: scit petita denegare.

Mar. Sine temeritate dicimus claves ecclesie merito Christi doanatas, esse thesaurum istum. Clarum est enim quod ad remissionem peccatorum & casuum sola sufficit potestas Papae.

¶ Syl. Si cuiusquam sancti testimonium citaveris: tecum in hoc sentientis temere sic docuisse negabo: quod puto non facies. Et quidem fateor ad id sufficere potestatem pontificis maximi eo modo: quo potestas Regis ad arcem fabricandam vicem mediante thesauro: qui non sit potestas: sed materia potestatis. Tum enim ecclesia ex thesauro isto faciat indulgentias plenarias: si thesaurus iste sit claves ecclesie: aut claves admittentium peccatoribus operabuntur cum electione. sic quod in sacramentali penitentia non operabuntur quantum possunt absolviendo ab omni pena: sicut ab omni culpa. aut semper penam totaliter abolebunt: quorum utrumque falsum est primum quidem quia nullus sacerdos sic absolviendo intendit: sed intendit peccatori bene facere quantum potest. secundo vero: quia purgatorum tollit: unde doctor angelicus docet per clavem remitti partem pene: non totam. Iste ergo thesaurus materialiter est satisfactio Christi et sanctorum: effectiue autem est clavis iurisdictionis: qua dispensat. Igitur potestas Pontificis per clavem ordinis: omnem culpam: et per clavem iurisdictionis: cuius est indulgere omnem penam: ex causa potest aboleri.

Mar. Verus thesaurus ecclesie est sacrosanctum evangelium.

¶ Syl. Verum quidem Martine dicis: sed equivoce loqueris de thesauro. et hoc ipsum verum quod dixisti: ad malum finem ordinas: ut videtur. ut etiam statim patebit.

Mar. Thesaurus evangelii est merito odiosissimus, quia ex primis facit novissimos, thesaurus indulgentiarum merito est gratissimus, quia ex novissimis facit primos. Igitur thesauri evangelici retia sunt, quibus olim piscabantur viros divitarum. thesauri indulgentiarum sunt, quibus nunc piscantur divitias viroborum.

¶ Syl. Si mordere canem est proprium: vereor ne tibi pater canis fuerit: quem ad hoc videris natus: ut mordeas: vereor insuper ne propter tuam dicaciam

tatem: & illationem tui oris in celum: aliquid mali tibi cōtingat: nec video quō venias excusandas ab anathemate ea capite multiplici. nec puto quod vir sis mentis composite: quia talia characteribus formanda tradideris.

Mar. Indulgentiæ quas cōcionatores uocant maxias gratias intelliguntur uere tales quo ad quæstū promouendum

¶ Syl. Jam Pontifice deserto: spiritus sancti muneribus detrahis: quasi ipse indulgentie non augeat: sed burse putiles sint: quod blasphemiā dixerim

Mar. Sunt tamen reuera minimæ ad gratiam dei, & crucis pietatem comparatæ.

¶ Syl. Hi qui venias gratias maximas astruunt nulli comparantes: excusandi veniunt per hyperbolen: tu vero qui eas comparas gratie Christi: vide quo nam pacto excusabere: dicens eas minimas: cum etiam sint gratie alie: & alia dona minora: puta ipsa bona fortune: nec reor: poteris aliquam excusationem pretendere: que ueniarum declamatoribus eque non congruat: consequenter autem iniuste mordes.

Mar. Tenentur Episcopi & curati ueniarum Apostolicarum, cōmissarios cum omni reuerentia admittere, sed magis tenentur omnibus oculis intendere, ne pro commissione Papæ, sua illi somnia prædicant.

¶ Syl. Si tibi talia dicenti animus inesset equus & bonus: tacendū esset: sed sicut diabolus in omni suo opere suam superbiam: ita tu quoque in omni pene tua conclusione: tuam maleuolentiam redoles.

Mar. Contra ueniarum Apostolicarum ueritatem qui loquitur, sit ille anathema & maledictus.

¶ Syl. Effigiem geris eius: qui cōsignare se putans: in lumen proprium impingit. Clericali enim ueniarum aut ignorantia: aut malitia multum detrahit: ut liquet ex dictis.

Mar. Qui uero contra libidinem & licentiam uerborum concionatoris ueniarum curam agit, sit ille benedictus.

¶ Syl. Sit inquam benedictus: si charitate: si iustitia: si pietate mouetur: qui uero cōtra licentiosum in dicendo: licentior est in scribendo a deo qui dem bonus efficiatur: ab hominibus uero ad aliorum monumentū castiget.

Mar. Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem negocii indulgentiarum quacunque arte machinantur, multo magis fulminare intendit eos, qui per ueniarum prætextum in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

¶ Syl. Dominus noster Papa tantæ uirtutis creditur: ut per suos ministros nil indecens fieri velit: au uero in eos delinquentes intendat animaduertere per anathema ut dicis: puto nescias.

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

Mar. Opinari uenias Papales tantas esse, ut soluere possint hominem, etiam si quis per impossibile dei genitricem uiolasset, est insanire.

¶ Syl. Astruere q̄ habens plenitudinē potestatis a papa ad uentas possit absoluerē a culpa in dicto casu per ordinis clauem: & a p̄na per clauem iurisdictionis: nō est in insanire: sed sane sentire: cum etiam idem possit in Judam: & in eos: qui aut uirginem aut Christum interemissent: modo esset uiatores. Uideris autem loqui tragedice.

Mar. Dicimus contra quod ueniarū Papales nec minimū peccatorum uenialium tollere possunt quo ad culpam.

¶ Syl. Immo tibi tollere non possunt ueniale: etiā quo ad p̄nā: quippe quoniam secundū te sunt solū signa & non causa remissionis. Quod uero p̄ uenias culpa remittatur: predicatorem ueniarū docuisse credo nullum quippe cū etiam rudioribus liqueat asecutionem ueniarū p̄exigere culpam abolitionem: cū huius rei gratia etiā rustici sua crimina fateant.

Mar. Quod dicitur, nec sit sanctus Petrus modo Papa esset, maiores gratias dare posset, est blasphemia in sanctum Petrum & Papam.

¶ Syl. Et si sanctus Petrus credat sanctior fuisse omni post futuro Pontifice: & in gratijs personalibus copiosior: quantum tamen attinet ad clauem iurisdictionis & ordinis: erroneum est: ne hereticum dicam: dicere Leonem & Petro primo minorem: & non posse de iure quecunq; ille potuit.

Mar. Dicimus contra quod etiam iste, & quilibet Papa maiores habet, scilicet euangelium, uirtutes, gratias curatio num &c. ut pri. ad Corin. xij.

¶ Syl. Timeo ne dei iudicium super tuum caput portas: qui per ironiam ita irrisorie loqueris uniuerso orbi de tanto Pontifice. Utinam autem tibi sint ille uirtutes: que in domino nostro predicantur.

Mar. Dicere crucem armis Papalibus insigniter erectam e cruci Christi æquialere, blasphemia est.

¶ Syl. Tibi non credere qm̄ iam cepi: neq; hoc puto ab aliquo ueniarū declamatorie predicatū ita inde: ut recitas: quanq; quilibet crux in qualibet materia: eque representet imaginem Christi & eque adoranda sit seclusa ratione contactus: de qua ad presens breuitatis gratia super sedeo.

Mar. Rationem reddent episcopi, curati, & theologij, qui tales sermones in populum licere sinunt.

¶ Syl: Uideris Martine uelle te per hec iustificare: quasi recte feceris: detrahendo uenias contra p̄ceptum domini nostri pape: & detrahendo ueniarū concionatoribus: & pontifici contra p̄ceptum dei: sed nequaquam

propterea q̄ theologus sis: venis in p̄dictis excusandus: sed arguen-
 dus: plectendus: & ad omnem h̄eresim abiurandam cogendus.

Mar. Facit hæc licentiosa ueniarum p̄dicatio, ut nec re-
 uerentiam Papæ facile sit etiam doctis uiris redimere a calu-
 mnijs, aut certe argutis quæstionibus laicorum.

¶ Syl. Dulchre sub colore excessu eorū qui declamant: iterum impinge
 re vis in pontificem: quæstiones secularibus ascribens: sed age: en reue-
 rentia & amor ad Pontificem: docebit me soluere insolubilia tua incipe.

Mar. Scilicet cur Papa non euacuat purgatorium pro-
 pter sanctissimam charitatem, & summam animarum neces-
 sitatem, ut causam omnium iustissimam, si infinitas animas
 redimit propter pecuniam funestissimam, ad structurā Ba-
 silicæ, ut causam leuissimam.

¶ Syl. Deus: qui tanq̄ agens supremū: omnia vertit ac dirigit in finem
 postremū. vnde & omnes homines vult saluos fieri: nulli voluit gratiam
 qua in finem illū dirigatur & saluetur elargiri: nisi ex parte eius: qui gra-
 tiam erat accepturus: esset p̄paratio quedam: & meritum congruitatis
 quem apparatus qui habere nequeunt: vt infantes his vult suffragari p̄
 alios. Hæstus quoq; qui pro nobis infinite satisfactionis passionē tulit:
 non vult illam nobis suffragari: nisi nos per nostram satisfactionem insuf-
 ficientem: eius satisfactioni sufficienti & superabūdanti iungamur. Cum
 ergo deus post penā anime ex contritione & clauibus misericorditer abo-
 litā ex sua simul misericordia & iustitia talem animā eddixerit tali p̄næ
 exoluendæ: puta annorū centū: qua ratione debet pontifex totam illam
 penam: vel etiā partem relaxare cū tanto p̄iudicio iustitie diuine: nisi ex
 parte talis anie aliq̄ meritū efferatur: puta elemosyna: aut ieiuniū: aut
 oratio a se: aut ab alio pro se oblatū? Inde est q̄ clamant omnes sancti: cū
 theologi: tum canonice: in ueniarū largitione causam aliquā oportere in-
 teruenire que causa quicquid est in dei gloriā vel promotionē boni con-
 munit: & huiusmodi. Statuerit ergo cur papa purgatorij non euacuat:
 quia videlicet nō subest rationalis causa relaxandi rigore iustitie diuine in
 oibus animabus purgatorij q̄ si subesset: vtiq; posset illud euacuare: pu-
 ta si daretur plena indulgentia: etiam defunctis porrigentibus adiutrices
 manus ad expeditionē in Turcas: & quelibet ania purgatorij amictū ha-
 beret: sibi debite & cōplete suffragantē. Charitas aut̄ pōntificis & necessitas
 animaz non est ratio efficax sic relaxandi iustitiam diuinā: quā deus talis
 necessitatis cōsciens: & infinite charitatis: ac misericordie visceribus plenus san-
 xit: & inuolabat iliter seruat. Etge nunc ad Martine: & alia quæ sita multiplica.

Mar. Cur permanent exequiæ & anniuersaria defuncto-
 rum, & non reddit, aut recipi permittit beneficia pro illis in

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

stituta, cum iam sit iniuria pro redemptis orare.

¶ Syl. Que huius cause sunt. Prima quidem: quod incertum sit: an is qui porrigit manus adiutrices ut anime cupiam plenam veniam obtineat: secundum propriam facultatem porrexerit: quod necesse est: potest enim aliquando porrigere: nimium parce: quo casu anima non assequitur indulgentiam plenam: sed secundum proportionem exhibiti ad id totum quod fuerat exhibendum: ut docuit dominus Tho. Alia vero causa est: quia etsi suffragi non profint tam redemptis: alijs tamen profunt: et hoc ipsum morituri intendebant qui sibi anniuersaria perpetua ordinaverunt: cum non sit verisimile quod crederent se in purgatorio perpetuo futuros: donec celi cum terra mouendi forent.

Mar. Item quare noua illa pietas dei & Papae, quod impio & inimico propter pecuniam concedunt animam piam & amicam dei redimere, & tamen propter necessitatem ipsiusmet pie & dilectae animae non redimunt eam gratuita charitate.

¶ Syl. Que est ista noua ignorantia tua (ut cum stomacho loquar) ut putas quod deus infinita charitate sua (iustitia sic exigente) animam conscius in tali necessitate constituerit: et deinde nulla facta mutatione ex parte dei vel anime debeat eam ex tali necessitate educere? Interneniat ergo causa aliqua necesse est: ut clamant sancti vniuersi: si dei iustitia autem relaxanda penitus: aut certe mitiganda est que causa non ex parte dei (inuariabilis enim est) sed ex parte anime pensanda est.

Mar. Item cur canones poenitentiales re ipsa, & non usque in semet abrogati & mortui, adhuc tamen pecunijs redimuntur per confessionem indulgentiarum, tanquam uiuacissimi.

¶ Syl. Quisae conclusionibus tuis Martine: doctus mihi primo aspectu visus es: dicta uera tua exactius perscrutanti: mihi uideris satis grossus quippe qui non videas: quod licet canones eiusmodi quo ad id sint abrogati: quod secundum illos poenitentiae non sunt necessario imponende peccatoribus: cum hodie sint omnes arbitrarie: non tamen abrogati sunt quantum ad hoc: ut reatus ad penam iuxta eos taxandam non maneat: nisi forte aliqui diuinae iustitiae mensuram excedant: plus iusto imponentes: et quantum ad istum reatum poenitentem et ligantem: redimuntur. Unde tibi pro regula obseruandum est: quod ecclesia Romana sicut in dicto: ita et in facto suo non fallitur in fide: aut moribus: alioquin a uia salutis aberras.

Mar. Item cur Papa, cuius opes hodie sunt opulentissimis Crassis crassiores, non de suis pecunijs magis, quam pauperum fidelium struit unam Basilicam sancti Petri.

¶ Syl. Ubi multe diuitie: ubi (diuina scriptura a teste) multi sunt qui comedunt illas: et forte S. dominus noster pro suo gradu et maiestate est pauperior: te cui si census esset exiguus: forte non vacaret ista conscribere. Quid uero

latenter reprehendis ex laicorum persona pontificem : qui pecunias excipiat a
sponte offerentibus: qui pro hoc cōi: & quidē celeberrimo bono: iuste tanquā
summus in mūdo gemina potestate rex impetrare eas & indicere possēt

Mar. Item quid remittit, aut participat Papa his, qui per
contritionem perfectam ius habent plenarię remissionis, &
participationis.

¶ Syl. Si quis tanta contritione torquetur: vt omnium peccatorum suorum
reatum aboleat: huic papa nihil penarum remittit: sed si reris oēs contritos
esse eiusmodi: eueritis purgatorum: & non modo hereticus: verum heresarcha
es quantum ego sentio: qui hactenus nullum relegerim ista nefanda docuisse

Mar. Item quid adderetur ecclesię boni maioris, si Papa
sicut semel facit, ita centies in die cuiuslibet fidelium has remis-
siones & participationes tribueret.

¶ Syl. Duo bona addicerent: vnum quod necesse esset fideles toties repetere
causam gratia cuius dantur venię: puta elemosinam: aut orationem: aliud: quod
remitteret omnis nouus penarum reatus: si quis post veniam incidisset.

Mar. Ex quo Papa salutem querit animarum per uenias
magis, quam pecunias, cur suspendit uenias & literas iam
olim concessas, cum sint æque efficaces.

¶ Syl. Ideo facit: vt sicut olim predecessores sui venias dederunt pro stru-
cturis minoris momenti & que iam forte vel ex toto: vel ex parte expletę
sunt ita ipse pro ista structura largiatur omnium preclara: & in hanc fide-
lium pia vota colligantur.

Mar. Hęc scrupulosissima laicorum argumenta sola po-
testate compescere, nec reddita ratione diluere, est ecclesie
am, & Papam hostibus ridendos exponere, & infortunatos Chri-
stianos facere.

¶ Syl. Ecclesia Romane: que in Romano pontifice virtualiter inclusa
est temporalis: & spiritalis potestatis summum in papa apicem tenet: & secu-
lari brachio (prout iura decernunt) potest eos qui fide primo suscepta: dein-
de male sentiunt: compescere: nec tenet rationibus certare ad vincendos
proteruentes, nisi maxime veritas in aperto est: ego tamen volo tecum ra-
tionibus agere: & experiri quid scribendo possis. Hostes autem se irridetes
& corporales: & spirituales: solet ecclesia ad nihilum (deo iuuante) deducere

Mar. Si ergo ueniam secundum spiritum & mentem Papam præ-
dicarentur, facile omnia illa soluerentur, immo non essent.

¶ Syl. Si mens pontificis esset illa quam tu scripsisti: esset mens male do-
cta: & longe a veritate aberrans: vt patuit: & clarius patebit: cum iam non
conclusionibus: sed argotizationibus agemus.

R. P. MARTINI LV THERII

Mar, Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christū per pœnas, mortes, infernosq; sequi studeant, ac sic magis per multas tribulationes intrare cœlum, quam pro securitate pacis confidant.

¶ Syl. Exhortandi etiam sunt: vt caueant a doctrina tua tuiq; similitum q̄ nec sana: nec charitatiua est: sed detractoria z sugillatiua. Tribulationes vero in hac quidem vita a viris perfectis eliguntur: quando sunt alicuius boni allatiue: in futuro autem secus: vt supra ex diuo Thoma deducrum est. Hęc ergo sunt ad Martine: que ad conclusiones tuas respondenda occurrerunt: posthabitis in fine quibusdam vanis que loqueris. Eia nūc age: aut improba mea: aut tua proba. Ego quoq; in posterum itidem faciam. Et vt latior tibi campus certaminis adsit: etiam ea que in Syluestrina scripsi: subtinenda propono.

F I N I S,

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI, SYLVESTRO Prie-
rati, ordinis Prædicatorū, sacrae Theologiae pro-
fessori celeberrimo, sacrae Palatii Aposto-
lici magistro, F. Martinus Lutherus
Augustinianus, æternam in
Christo Salutem.



PERVENIT ad me reuerende Pater, Dialo-
gus ille tuus, satis superciliosus, & plane to-
tus Italicus & Thomisticus. In quo etsi cau-
saris, te iam senem armisq; desuetum, denuo
meis uerbis ad certamen impelli, tamen ue-
lut Entellus ille de me Darete (ut ais) referre paras uictoria-
am insperato, nisi quod eo ipso Dareta magis quam Entel-
lum exhibes, quod rumores ponis ante salutem, & (ut dici-
tur) Encomium ante uictoriam. Age igitur, fac quod facis,
fiat uoluntas domini. Vale.